



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Caroli Scribani[i] Amor Divinvs**

**Scribanus, Carolus**

**Mogvntiæ, 1616**

Cap. XIII. Ad infantes Herodis imperio cæsos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46242](#)

166 CAROLI SCRIBANI

mōr meus. Sed nec tristes sunt inferorum flammæ, aut tormentis suis graues, si in illis æstuet a mortuis qui solus omnes flammas, tormenta omnia vertere potest in delicias, & optata menti & corpori gaudia. Patere ergo me socium tibi in hac fuga, patere indiuiduo iungi comitatu ut æternūm claudam latera tua, tuq; æternūm mea. æternūm in fideas hui cordi, æternūm inhæream tibi. Patria mea, hæreditas mea, possessio meæ æternūm, & ego tua: imò tu totum possessio mea tota, & ego tua.

CAP. XIII.

*Ad infantes Herodis imperio cæsos.*

**Q**uo nō prouis effera barbarie non satis sœuisse in filios femoris tui igeria, germinis tui floren floris tui fructum? quid in alieno ledis sanguine? luderes in adulto, & q;

meditari poterat nocitura. Nūc cūm  
in innocente furis inausa retrō secu-  
lorum barbarie, quis matre te natū  
credat? mitiores tigrides, struthio-  
num matres, crocodili patres. Quo-  
ties fame prouocante humilem leo  
transit? mitescit nimirum feritas, &  
humilem designata prædam est, cū  
solas pro ferro lachrymas, supplices-  
quæ tenderet manus inermis dexte-  
ra. Quid? quòd nō semel innocuam  
sibi passus à matribus eripi prædam,  
nec indignatus sæuit, stupuit po-  
tius, & famem postposuit amor? Ve-  
nūm quòd hæc clementiæ exempla?  
vincere placuit quidquid vbiq; bar-  
barum esset uq; erat, vsq; eò puduit  
ab bellaa feritate vinci. Erubesceret  
nimirū in homine benignitas si vin-  
ceretur à bestia. Ergo ne vinceretur,  
& tamquam in clementiæ triumphū  
duceretur, superare placuit. Neuum  
proinde sæuitiæ genus excogitan-  
dum fuit. Fœcunda crudelitas, vete-

## 163 CAROLI SCRIBANI

ra fastidiens, saturanda nouis. Si tamen saturanda crudelitas. Lentasia morte mortes quærit: quasi non satis sit semel periisse, æternare velle mortes, abeuntibusq; tormentis tormenta innasci noua, pereuntibusq; flammis tamquam Phœnicibus, flamas enasci nouas, nouas à matrum funere soboles æterna quadam semper vrentium flamarum generatione.

Tacerem, si in noxio iugulo crudelitas sœuiret: in innocentia sœuire quis ferat? & ne quid tamen desit crudelitati, experiri lubuit in innoxio sanguine quid posset feritas. Iam si caderet victimæ ferro idonea, non deessent fors exempla. Nimis in hac barbara arena vile alios imitari. Exemplum posteritati placuit statuere quod nulla vinceret ætas, omnis stupesceret ætas. Fiunt infantes victimæ Herodiano ferro, bis crudelis, in matribus & filiis. Quid peccauerant

matri-

matres? si genuisse, peccasse est; omnes tenentur reæ. Si tulisse, laetasse, crimen est, quid vlo seculo vixerunt matres? si scelus est esse matrem, quid nubit virgo? nam infantes quid peccarunt? si peccarunt ubera, petantur ubera: peccauit uter? saeuia in uterum ferrum. Quid in innocuo sanguine saeuit furor, & in infantili iugulo barbaro luditur ferro? quo usque furor? pendentis ab ubere nati ferro transadigunt oras, ut ubera bibant sanguinem, quæ pauerant lacte, facta iam ubera in felix filiorum soboles, dum natorum pascuntur sanguine miserando haustu, & o nimium matribus inuiso. alter in ubere, ceruicem transfixa, dum bibit vitam, euomuit vitam, mortemque in vita reperit. Fecit, quod potuit pietas, conata vitam uberibus reddere, à quibus hauserat vitam, animam vix iam natam diffudit in ubera. Sors dura. Quæ vitam dabant  
H ubera,

Si ta-  
tas ia-  
on sa-  
vellet  
stor-  
ousq;  
s, flā-  
trum  
sem-  
nera-  
o cru-  
ſeuire  
desi-  
inno-  
s. Iam  
, non  
in hac  
i. Ex-  
tueri  
is stu-  
i&ima-  
lis, lo-  
ueran-  
nates

## 170 CAROLI SCRIBANI

vbera, facta sepulchra natis. Nec defuit quæ eodem cum sobole caderet ferro mater, quasi uno vulnerè duæ animæ. Pietas vbi eras? dum in mutua vulnera mutuas iaculantur animas, tamquam matris iam natus, pati victura mater anima audi cælum, & da hoc pietati, si fas sperare est, alter vt alterius spiret, viuat anima fratrumque iam nato mater natus, natus matri mater. Ille dilectæ sinum matris dum purpurat sanguine, cadit eodem telo mater; vt crederes resevari vterum monumentum soboli vix effuderat prolem: seculo matram, & iterum proles vtero non vita, condenda tamen & tamquam infelici sarcophago claudenda. Alter dum caræ genitricis ludit inter basia, infelici pallentes amore genas, purpura purpurat. Miserum illud, dum crudelitatis facta victima infelix iaceret mater, & signara ferri mortis que adreperet soboles vbera peti-

tura;  
steter  
mort  
bera v  
ficiis n  
deret  
buer  
riam  
balne  
nea,  
ruis fe  
flæcte  
aliqua  
D  
barie  
randu  
paucc  
poter  
quotu  
infidi  
si vnu  
sangu  
lo fer  
omni

tura; ut pro lacte biberet mortem;  
steterant nimis rūm laetæ torrentes  
morte exsiccati; & sugebat infans v-  
bera viduata rorè suo, donec carni-  
ficiis manu sanguinem pro lacte fun-  
deret. Ille ceruice præcisæ toto incu-  
buerat corpore natus matri, ut laua-  
riam posset sanguine, & natare hoc  
balneo mater infausta matribus bal-  
nea, tam barbaro fonte nata. quò  
ruis feritas parcere nescia. Non auro  
flectenda, lachrymis, prece. ô parce  
aliquando ferro.

Dirum edictum in ultima bar-  
barie natum, tot millibus vix satu-  
randum. Si natare sanguine volebas,  
paucorum explete rabiem mortes  
poterant. Nee decurrant nocentes,  
quorum sanguine balnea natarent  
infideli natatori suo administra. Aut  
si unus nocens natare innocentem  
sanguine debebat, daucoru se iugul-  
lo feritas contineret. Sed nimis rūm  
omnium demetendæ ceruices, tam-

H 2 quam

quam falce vna cervix vna, vt omnium sanguine barbaries proluventur. Et in hac tamen barbarie felicis sobolis felices matres. Prima hec hostia cadit Regi tuo, Deo tuo. Fortunata ò nimium hostia cælo reponenda. Meliores violæ, lilia, rosæ, dum primo caditis ferro, æternis inferndæ hortis, omnibus aquilonibus suum vi entibus, imbibibus, grandine, niuibus, glacie superiores. Victrices aquilæ quantos triumphos calo intalitist? victoria signa quæ nobiles victorias cælo deportastis? quam illustri gloria cælos decorastis? quis mihi concedat victimam pro vobis cadere? hic iugulum, ibi ceruices, alibi latera, pectus, ora Herodiano prebere ferro! quid refert qua parte egrediatur anima cælo collocanda? fune an febris stranguler, ferro an calculo exutiatur anima, telo an colicæ doloribus migrare cogar, quantum interest? nisi quod ferro fere

ferè mitior pateat exitus, sanè citior.

O si vobis sum liceat non lenta  
tabe, aut in molli occumbere lecto;  
sed in securi & gladio, ut signa infe-  
ram cælo sanguine purpurata! O li-  
ceat vicarium hoc pro vobis præbe-  
re corpus toties lacerandum, quo-  
ties in sanguine vestro sequitur ferrum!  
liceat numerare vulnera cælo coro-  
nanda; præferre cicatrices cælo lau-  
randas; ostentare livores cælo re-  
munkandas! beatum me, sed solo  
nunc voto beatum: beatores vos;  
sed profuso pro Christo vestro san-  
guine beatos. Quanti forsè è vobis;  
ardeat æternum, ni persequitor  
sauisset gladius. Hunc qui auffert,  
coronas auffert dilit cælo sponsio-  
ne repositas, pœnas adfert infeli-  
ciumma æternanda. Et quanti fors-  
è vobis clamarent cum Synagoga,  
Sanguis eius super nos & super filios no- Mare.  
strorum nunc quod vivitis, quod splen-

H 3 detis 27.

174 CAROLI SCRIBANI

detis cælo stellæ magnæ , non post  
Deum gladio debetis?

Non laudo gladium. Voueota-  
men vobis & mihi : non probobar-  
baram crudelitatem. Et sine hacte-  
men iaceretis inglorii, ignobilister-  
ræ ignobilis portio , fortè & pe-  
naturis ignibus materies æterna. At  
licet sævitiam detester, gratulor ta-  
men victoribus. Manebit tyranno-  
sna merces, non sit in ignibus æter-  
nis. Manent vos vestra præmia cælo  
æterna. Momento tyrannis sævi-  
ternum cruciatur; momento vos tu-  
listis, æternum præmiamini. Et quid  
consequutus est tyrannus? perdere  
voluit: saluavit; perdidisset, si salua-  
set: occidere voluit; vita donauit: oc-  
cidisset; si vita donasset. Mira condi-  
tio. Perdere ut saluet, saluare ut patet.

Nec vos tamen voluit persegu-  
tor gladius. Vnum petebat, frusta-  
tus est in omnibꝫ. Vnum illum si di-  
re matres, reliquos nec petebat, nec

coro-

coronabat. Quām falsa est astutia seculi in prudentia sua! fatua sapientia quæ cælo minatur, stolida prudētia, quæ gladium homicidiis ebrium stulto conatū intentat Deo. Quò non ruīt improba vesania? quò non insana regnandi libido? Deo inferramus bellum, si liceat; signa inferramus cælo, si cōcessum homini. vsq; ad eō regnare magnū est, ut nec Deo parcat improba regnorū sitis. Vbi cunq; diadema lucet, tubæ insonant tympanaque. Fas, nefas, ius iniuria, homo an Deus, iuxta habentur. Tātum regnare liceat, reliqua famula erunt regno: ancillabitur & cælum, & famulabundum videbit Sól Deū, si facta barbara barbaris respondeant votis. Ó fatui! & vindex stabit Domini dextera Babyloniis nota tyrannis? quid imprecor Domini manum, qui voulere debui ferrum? audi vota mea qui potes Amorem. Non potui Herode cädere.

H 4 re.

## 176 CAROLI SCRIBANI

re. Cadam non inferiore ferro, sed  
cadam tibi. Tibi fluat hic sanguis  
non mitiore securi, & tibi tantum.  
Ut purpurentur primæ infantia pâ-  
nitui amantis huius purpura. Na-  
tent hoc præsepio sanguine, vt am-  
oris innates balneo amore grauido.

Concede hoc amor meus. Ut non  
mitiore cadam Herodiano ferro, vt  
que sanguinem hunc libem tibi vo-  
neam, sacrem tibi. Æternum tibi.  
**Circumstagnet** Bethlehem sanguis,  
vt amasse credant quæ sanguinem  
viderint. Nihil hic opus aquæ, sua-  
uius libatur sanguine. Quid mihi  
laudas aquarum fontes? nobiliores  
sanguinis sunt. Aut si tanta te aqua-  
rum capiat sitis, nec uno satiatur a-  
mor fonte, voueo duos, aqueum o-  
culorum vnum, sanguineum iuguli  
alterum; vtrumque amore natum.  
**Carrite** mei fontes, diuite ubiq; flu-  
xu. Quid desperatis fluxum? amoris  
estis fontes. Non siccantur amoris

venæ,

venit, eternant fluxu. Non arescunt  
amoris vbera, eterno perennant ro-  
re. Misce hos fontes amor meus, ut  
amoris pallorem amoris tingas pur-  
pura. Si solitaria placent: habes o-  
culorum gaudiales fontes fœcondia  
semper progenie salientes; habes iu-  
guliputpureos totis ostiis proruen-  
tes. Fruere amor meus. Ne parce.  
Quantoque plus amas, tanto fruere  
magis, tantoque minus parce. Amo-  
ris signa sunt non pepercisse. Peper-  
cit qui non amat. Nescit amor par-  
cere. Nesciunt odia largiri, & igno-  
rant odia pocula amore & amori na-  
ta, propinata: tu scis amor meus, quo  
duce fontes hi saliunt, siue oculorum  
pallentes, siue iuguli purpurei. Et  
quot hodie fontes fluxerunt tibi?  
quot matrum aquae, tot purpurei  
natorum. Amasti utrosque, magis  
etiam natorum, quos nullæ siccâ-  
rent bibulae genæ auaræ nimium  
spongiæ, nimium arentes. Et dele-

H 5 staris.

178. CAROLL SCRIBANI

& tuis non tenui stillicidio, dum raro penduloque gutta conatu lento fluxu protrudit alteram. Totis siphonibus qui fluxit fons tuus est; totis ostiis quæ proruunt fluminata sunt; toto quæ profiliunt corpore maria tua sunt. Fit hoc magis in sanguinum quam oculorum fluxu, dum totis venis, toto iugulo, ceruice, pectore, amoris saliunt fontes, profluunt torrentes, flumina, maria, amori meo magno sacranda.

Largire hoc mihi qui potes amor. Nimis leuis amoris restatio oculorum fluxus est. Fluat iugulo toto qui toto amauit pectore. Nec respue adulci vota, aut penitentis Lazari & Magdalena, dicata tibi, sacrata tibi. Copiosior hic fluet sanguis, quam inter cunarum fascias, diuiteque magis vena saliet tibi fontes, locuplete magis fluxu prorucent haec tibi flumina, maria iam facta; quam infantia torrentes, qui ferè plus lactei deueniunt  
quam

AMOR DIVINVS. 179

quam purpurei roris. Et purpura ta-  
mentu delectaris Amor meus. Frue-  
re hac Amor. Et concede ut inter  
has cunatum & uberum hostias,  
grandior tibi nominique tuo ca-  
dam hostia, æternum  
tua.

— 86 (:) 90 —



HV 6

AMO